Fragmentarium

id eſt ut diſcernat bonos a malis. electos ad dexteram ſtatuendã, reprobos ad ſinis
trã ſegregãda; Congregate illi ſcõs eius. Angelos alloquitur; Congregate inquit illi
id eſt dõ deo; o angeli ſcõs eius. uel adducite eos obuiã illi in aera; Angelica quippe
illa tuba hoc loco exprimitur. ad quem mortui reſurgent; hoc et in euangelio
exprimitur. Ubi dicitur; Mittet angelos ſuos a quattuor uentis terre et colli
gent electos eius; Qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia; Sacrificia
dõ placita ſunt bonorum operum acceptiſſima olocauſta; Teſtamentum autem eius appella
tur euangelium quia teſtamentum ſci recte ordinant. dum opere perficiunt quod ore
pdicant. Et adnunciabunt celi iuſticiam eius. Celi ſunt apti et ſucceſſores eorum
doctores ſci. qui adnunciant iuſticiam dei id eſt pdicant ſcm euuangelium;
Quod penas impiis ſũma re pmittantur electis; iuſticia quippe dei quia iuſti re
munerantur et reprobi iuſte dampnantur; Qm deus iudex eſt. Reſidi cerne;
Noli timere inquit eccleſia mea licet multitudine palearum obfuſcari et depri
mi uidearis in pſenti uita quoniã deus iudex eſt qui uentilabit paleas et
mundiſſima more ſuo granare recondet; Audi populus meus et loquar; Propheta
immo ipſe dominus pphetarum p pphetã alloquitur ſpecialiter populum iu
daicum. Audi inquit. uel intellege. ſ. pcepta mea o populus meus quẽ
mihi ſpecialiter ex cunctis gentibus elegi; Et teſtificabor tibi id eſt
teſtificando tibi loquar; ut nunquã ſi audieris et mandata mea non contempſeris. alias
aut contritum. Deus deus tuus ego ſum; Sepius hoc inculcat ut altiori memoria
arcuis infigat; Non in ſacrificiis tuis arguam te id eſt non agam tecum iam de
ſacrificiis legalibus; Ipſe quippe hic de reprobacione legalium oſtiarum loquitur;
Non arguam inquit te. in ſacrificiis tuis. uel non contendam tecum pro eis nec
ultra repetã; Sed quæri poteſt cur hec ſacrificia reprobentur cum dns
ea iuſſerit. Sciendum autem quia permiſit quidem hec dns non uero iuſſit;
Uidens illũ populũ pronũ ad immolandum permiſit ſibi ſacrificare
ne idolis immolarent; Sed quia hec ſacrificia non elegit oſtendit ei

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_078_42V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4930)